

Pr. g. 3. num. 5.
A. 22.

AB

1730 11

Q. D. B. V
DE
PALMA MINERVAE
IN IVRIS PRUDENTIA NON DVM
OCCVPATA
EX INSTITVTO EDISSE RENS
AD
ORATIONEM SOLENNEM
CRASTINO DIE
IN AUDITORIO MAIORI
BENEVOLE AVDIENDAM
OBSERVANTIA ATQUE HUMANITATE QVA POTEST
MAXIMA PVBLICE INVITAT PVBLICASQVE FVTV
RAS IVRIS SAXONICI PRAELECTIONES
INDICAT
CHRISTIANVS HANACCIUS
VITEMBERGENSIS SAXO
V. I. DOCTOR SAXONICI VERO PROFESSOR PVBLICVS
ORDINARIUS IN HAC REGIO ELECTORALI ACADEMIA
CLEMENTISSIME CONSTITUTVS



5 A 25
56
PALMA MINERAE
IN MARIS PRAEADVENTIA NONDUM
OCCAPATA
EX LIBRIS TITULI PUBLISSEZENS
ORGANONI SOLINNEI
KONFRIED
UNIVERS.
Z HALLE
CHRISTIANI GALLI
ORDINARIA IN HOC RECO FECIT ORVATI MEDDELE
CLEMENTIUS CONSILIATOR
DOCTOR SAXONICUS AGO PROYESSOR ET FUTURUS





Vo quis praestantior est euadere que cupit in arte sua, eo certe melior iure meritoque habetur. *I. 14. C. de adu. divers.*
Consilium enim atque institutum moliendi *iud. CIC.*
egregia, quae cuiusvis ordinis sui ageant honorem, amplificent dignitatem, perficiant ar- *pro Murae-*
tem, proficiat Patriae, et in summa cuiusvis artifici *na. §. 22. sqq.*
artis suae laude ponendum est, et optimis qui- *FRID. VL-*
bus suis facile comprobatur. Sperat inde habet *RICI, Duc.*
que palnam suam sagata militia omnemque honorem et excellentiam. *Brunf. Lu-*
In hac quo grauius certiusque uitiae subitur periculum, quo maior euin- *neb. Consul-*
citur et absorbetur rerum difficultas, quo denique fortius constantius *rat. de prea-*
que assentur ac paritur pax publicaque tranquillitas, et salus, eo fane *rogatiuae*
maiore heroica illa uirtus digna esse censetur praemio. Haud diffi- *certamine*
milis est togatae militiae ratio, quippe quae alteri nec fortitudine, *inter mili-*
nec laborum difficultate, neque animi magnitudine et periculo, nec *tes et lite-*
denique utilitate uictoriaeque laude cedit. *Plus, inquit T VL de clar.*
LIVS, attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille, si modo est aliquis, Orat. §. 255.

qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam, quam
illi, qui Ligurum castella expugnarunt, ex quibus multi sunt, uti scitis,
triumphi. Perperam ergo, quod sigillatum ad Iurisprudentiam attinet,
mulgo hic obueritur illud Comici, nihil, quin iam sit scriptum dictum-
que, scribi hodie posse ac dici. En uero bonum atque honestum o-
ficiantiae praesidium, quod tamen, sine dedecore artis nostrae, uix ac
ne uix quidem sustineri posse crediderim. Ita enim, ne uilissimi
quidem operarii atque opifices, opificium suum patientur dehonestari,

A

ut

ut omne eius omnino negent furarum incrementum, laudemque diligentiae singularis. Deinde valde reclamant uirorum, in iurisprudencia facile principum, specimina, quae identidem illi edunt, palmaria, siue insignia triumphoque digna. Nec quicquam hic in aliam partem dandum est non nullorunt autoritati atque opinioni, dum, iam omnem nobis palmam praeripiisse ueteres, arbitrantur, parum licet absit,

ad Psal. 101, fol. 156, Tom. I. Je-
quin, in eadem fere sententia *Diuum LV THER VM nostrum, existimem.* Inquit enim ille, und ich achte wol, wenn itzt alle Juristen in einen Kuchen gebacken, und alle Weisen in einen Trank gebrauen würden, sie sollten nicht allein die Sacben und Haendel ungefäßt lassen, sondern auch nicht sowohl dawon reden noch dencken können. Denn solche Leute haben sich in grossen Haendelen müssen üben, und gar mancherley Menschen Sinn lernen kennen, sind dazu mit hoher Vernunft und Verstand begabt gewest.

Summa, sie haben gelebt, und werden nicht mehr leben, die solche Weiß-
SECKEN-heit in weltlichen Regiment gebaßt haben. Verum loquitur forte ille de
DORF. bi-ICTis sui temporis, in pontificium ius, ipso invito, iuratis, quiue, ul-
stor. Lu-tra illud et glossemata, non admodum lapiebant, adeoque LV THE-
ther. L. III, §. 126. RI factum heroicum, Decretalia, ueluti idolum ipsorum, comburentis, sat agre fercabant, arque clam pariter ac palam eo nomine LV THE-
R O uehementer succensabant. In hos itaque inuehitur LV THE-
R VS, quod illi, tam imprudentes, intelligere nollent, quantum inter-
esser Reipublicae, imperio legibusque Papae liberari ac leuari. De
cetero tamen, si, quod res est, ingenue fareri debeam, negari haud
conuenit, ueteres palmam omnino suam obtinuisse, quin etiam in non-
nullis uere nobis praeripiisse ita, ut non nisi gloria, eorum insistendi
uestigiis, nostratisbus esse reliqua uideatur. Qua de re bene monet

ad π. E. II. SCHILTERVS, cum NIC. CISNERO, nostros prudentes numero et uasitate commentariorum longe superiores, (ueteribus) puritate uero

et perspicuitate orationis et rerum ipsarum tractatione, atque boni aquique disputatione multum inferiores esse. Nec prorsus contremendum

Op. de La-est GABRIELIS BARRII FRANCIANI iudicium, ueteres
tina lingua lib. III, p. 345, 347, 348. *ICTos proprietati magis studiisse, quam recentiores, quippe qui Go-*
this magis barbaros saepe essent. In primis uero ueterum, in con-
edit. Rom. dendis iuribus, subactum iudicium admirari soleo, nec desino. Pri-
1571. *uatam*

uatum suam de aequitate opinionem, quam hodie multi sibi magni facere solent, publica utilitate sapienter temperabant. *Iura enim illi, in-* ad Tit. **¶.**
quit HVBERVS, considerunt generalia et stabilia, neque, pro casuum qui testam-
varietatibus, aliter atque aliter usurpanda, ne quidem et si ratio iuris intro- fac. pos. §. 4.
ducti, in certis casibus, evidenter cessaret. Hane autem iudicandi grauitatem iam tum fere deseruisse uidetur IMPERATOR, LEO, Philo-
sophus, qui hinc inde, in *Nouellis suis*, subtiliter magis, quam utiliter
 arque pragmaticae philosophatur. Huius tamen morem non nulli na-
 suti ac sciolii, singulari inclarescendi atque praeter vulgum sapiendi
 studio, hodie imitaturi, simul uarii iuris dubii, incerti, instabilis, de
 quo tamen ubique clamant ipsi, imprudentes sunt autores atque pa-
 rentes sat infelices. Quam ob causam, rationibus paullo curatius utrin-
 que subductis, nec ueteribus, nec nostratis fieri, credo, iniuria, si de
 hac re ita existimem, ueteres clarissimos ICtos et suo tempore suam
 obtinuisse palnam, et nobis quoque aliquam praeripuisse, ita tamen, ut
 et hodie non nulla omnino in medio sit posita, quae concederetur oc-
 cupanti. Etenim sapientissimo Numini diuino, quod ad scientias et
 liberales artes attinet, temporum rationes ita distribuere ac moderari
 uisum est, ut cuius aeuo, quoad homines erunt, quaedam culturae pars
 superfutura esse uideatur, hoc, siue ingruentem barbariem restinguendo
 ac reprimendo, siue, rebus florentibus, literas ad summum excellen-
 tiae sua gradum perducendo, fiat, atque obtineatur. His quoque
 inexhaustum addo artis nostrae pelagus, iurium uidelicet nostrorum
 amplitudinem et crebras, pro ipsis Reipublicae ratione, nesciitudines,
 item ac negotiorum ciuilium ambitum, latissime patentem. Profligatur
 itaque masculine, propellatur longissime a Iurisprudentia eiisque as-
 fiduis cultoribus hoc dedecus et probrum, in illa ita exauulta confecta-
 que iam dudum esse omnia, ut non nisi crambe, ut aiunt, recocra
 apponi, acrumque agi possit. Atque ego cogitara nunc perfecturus,
Palmar Mineruae in Iurisprudentia bodie nondum plane ac plene occupa-
tam esse, re et rationibus, pro uirili, probatum dare conabor. Ante **AVL.**
uero, quam hanc rem aggredior ipsam, quid Palma Mineruae hic sibi **GELL. lib.**
uelit, multis enucleare, operae uix erit premium. Quem enim nostro-RASM. in **III, c. 6. E-**
tum fugier, victoriae, siue rei, in sagata militia, fortiter et egregie ge- **Adug. pol-**
stae, manu ferr.

SCHLÉ-
GEL, de
nun. Ijén.
p. 145, seq.

stae, signum ac symbolum solenne ueteribus fuisse *Palmam*, eamque postea ad uarias militiae similitudines accommodatas esse atque tractas. Ita, quemadmodum ex numis medii aeui discitur, in spirituali militia, martyrii insigne fuit palma, item in militia religiosa, contra infideles, hoc insigni usi sunt milites Teutonici et Ioannitici ordinis.

Nec quicquam obstat, aut unquam obstatissime uidetur, quo minus idem uictoriae symbolum ad literas ac liberales artes, sive togatam militiam, sat commode referri possit, dudumque potuerit. In medio, inquit *TERENTIUS*, *palmam esse positam, qui artem tractant Musica*. Meminisse quoque hic attinet, sodalitatem illam, quam uocabant, *frugiferam*,

auficio IOANNIS ERNESTI, Duxis Saxo-Vinariensis, A. C. 1515.
C. XVII, institutam, quondam cognominatam fuisse *der Palmen Orden*.

Deinde nemini, Mythologia uel leuiter tincto, obscurum esse poterit, *Mineruae* fabulam instituto apprime congruere, cum illa sapientiae Dea haberetur, et optimarum artium intelligentiam e cerebro Louis, sive rectius, ex inexhausto diuinae sapientiae fonte, ad hominum usum de-
prompttam, illustraret. Huius simulacris noctua appingebatur, aus illi sacra, in tenebris uidens, Sapientis symbolum, qui, discussa ignorantiae arque errorum caligine, acrius uidet reliquis. Quodsi ergo haec omnia, pro instituti ratione, ad rerum diuiniarum atque humana-
rum scientiam, rite recteque amplificandam, opportuna quadam ac-
commodatione conuertantur, generatim dici potest, *Palmam Mineruae* hic maximam esse illam laudem, summamque honoris ac nominis celebritatem, qua quis, ob militiam togatam, cui ascriptus est, egregie, praeter communem morem, gestam, cuiusvis optimi ac sapientis uiri opinione, cumulandus esse uidetur. De ueterum coronis, quas in certaminibus togatae militiae, uincentibus, praemii loco, constituere asso-

*in orat. XI, lebant, consuli mereretur PICCARTVS. Hoc togatae militiae praemi-
p. 200. seqq. um late pater, et omnibus omnino praefantioribus literarum cultori-
bus proposatum.*

Ad hanc metam clarissimorum, in quo uis doctrinae genere, uirorum studia, conatus, labores, uigiliae, tendunt et colline-
ant, ut, quod forsitan desit arti sua, perquam diligenter querant ac reperiant, artemque ipsam nouis identidem incrementis et accessioni-
bus exornent, uitaeque breuitatem nominis tandem immortalitate ac bona

bona posteritatis memoria consolentur. Verum, quae sit in quavis optimarum scientiarum parte, nondum occupata palma, inuestigare nec mihi licet, nec instituto conuenire uidetur. Cognoscat quilibet ipse ac diseat artis suae heroes et praemia honoris, etiamnum proposita et occupatione digna. Mihi tantum in praesenti Iurisprudentia mea eiusque laurea et palma, nondum praerepta, in oculis animoque uersabitur. Vbi quidem, rerum hue pertinentium momenta tribus contineri et absolui posse capitibus, intelligo. Primum enim, *quis sit Palma Mineruae in Iurisprudentia legitimus dispensator, deinde quis, ad illam quaerendam et obtainendam, aptus miles togatus, quis denique hic campus Martius; quaece legitima pugnandi ratio,* breuiter a me considerandum erit.

Dignis palmam alioquin, in sagata militia, illum deferre, scimus, in quem potissimum ipsius redundat uictoriae emolumentum et cuius auspicio bellum geritur ipsum. Huius rei similitudine, illam nunc quoque illustrare liceat ueritatem, praeter ceteros, id in primis Principi summo que legislatori iure meritoque dandum esse, ut hic, in militia nostra, legitimus sit palmae distributor. Etenim graui, subacto, exquisito ac sincero iudicio, quo hic res conficitur omnis, et Princeps ipse, et, qui ab eius sunt consiliis, non solum valere plurimum, sed etiam, praeter reliquos mortales, excellere solent. Quare, de palma, certo obtenta, gratulari sibi merito quis potest, si sententia, quam de aliqua causa controuersa, dubia, aut singulari, singulariter fouet, ita communem mereatur calculum, ut eandem ipse Princeps, omisso licet autoris nomine, inter publicas adoptare leges, et publica donare autoritate dignerur. Sunt inde celebres multi triumphi *Carpzouiani*, contra RICHTERVM, atque eadem de causa *libellus Struianus*, qui *Iurisprudentia Romano Germanica forensis* inscribitur, auctori suo palmaris est statua, cum consulatum quondam perhibeat, de libello hoc legali autoritate, in territorio Gothano, donando. Nec mihi laudis hic eximiae immemori esse licet, quam hoc sibi paecto peperit *Magnificus GRIBNERVS*, Praeceptor meus, quoad superfuero, singulari obseruantia colendus, cuius fideli ac solida institutione ad palmam, quali quali conatu, tendere magnum, haud mediocriter me didicisse, publice hic profiteor. Hic, pro-

maximo, quo pollet, rerum forensium usu et subacto suo iudicio, in suis *Processus iudicarii principis*, atque illis subiecta *dissertatione epistola**ta*, multa hinc inde singulariter posuit, quae postea SERENISSIMO LEGVM LATORI SAXONIAE, in ordinatione iudicaria recognita, passim comprobata esse uidemus. Eodem sane honore indigere uiden-

I. 3. §. ult.
ur multi, qui multi saepe sunt ac satis crebri in nouo quodam iure re-
periundo, qualem uero laborem et operam, cum non amplius, ut olim
ICTi constituer dicantur, nisi palmarum porrigit legislator quidam, nul-
lius fere pretii esse, paullo post dicam pluribus.

Sed ad ICTos nunc uenio, deque illis speciatim quaero, an palmae no-
stra legitimi esse queant diribidores. Aiere hoc non dubito, de illorum
principibus, qui uidelicet magno sunt iudicij acumine praediti, inque
omnibus artis nostrae partibus perquam solide uersati, atque omnibus,
eo pertinentibus praesidiis satis superque instructi. Hos tamen ideo iu-
risprudentiam colere transcendentalē, cum non nullis, contemptim
hanc dixerim, propterea, quod iurium materia tam late non poteat, at-
que ens, quod dicunt, metaphysicum. Huc ergo, ueluti ad sedem su-
am, haec loquendi ratio ableganda est. Cum uero illum, quem hic de-
siderio, principatum sibi met ipsi deferre possit nemo, sed alii, merito-
rum magnitudine adducti, degrnere debeant, quare quoconque etiam
officiorum atque dignitatū splendore quis fulgear, nisi semel iterum-
que ac saepius, palmaribus editis speciminibus, ipse nactus sit palmarum,
in ICTorum Principibus palmaeque distributoribus numerari ne uti-
quam merebitur. Horum magni nominis primique ordinis uirorum
cenfurā si, quod aliis, in artis sua ornamentum diligenter scriptis,
subiiciatur paullo rigidiori, candemque omnino ferat et eorum tale extor-
queat ueritatis testimonium, ut, scriptum illud ad captum suum ac
palatum esse, uel ad unum eorum omnes, uel non nulli, ad minimum
duo, candide omnino confiteantur, tum certe palma uideri non pore-
rit dubia, sed uere ac feliciter obrenta. Causas enim hic restare uide-
tur nihil, cur summis in arte sua artificibus fides non sit habenda plena.
modo tamen hi honestum aliquod et sincerum ferant iudicium,
nec ullo partium studio corrupti, nec liuore aut inuidia suspecti, aut
prauis affectibus abrepti sint, neve, crabronum instar, agant, quibus

cum

cum animalibus, male hic de aliis iudicantes haud inscite confert GERARD. IOAN. VOSSIVS, *crabrones*, inquit, *inuidia lacerant praeflantium de cognitione collegarum famam, ut sic ipsi quidem uideantur, quod non sunt, ac praeclarus sui, Amrae itac animae* (apes, quas uocat praeclaros uiros) *non uideantur, quae sunt.* Quod si enim temere et inconsiderate horum standum semper esset testimoniis, quot homunciones et leuis armaturaे milites palma, tam facile ac benigniter concessa, superbirent paulloque elatiori incederent gradu, heroes contra non nunquam in eruditorum uulgs, praeter meritum, detruerentur. Deinde superbiae quoque uitium maximopere in illis uituperandum est, quo sit saepenumero, ut sibi quidem ipsi lubentissime omnem omnino, aliis uero plane nullam palmam, uel faltem laureolam, eandemque sat aegre et simulate magis, quam serio, tribuendam censeant. Hoc e nostratisbus uni uel alteri familiare non-nunquam esse posse, dudum mirari desii, postquam resciui, integrarum exterarum nationum ICtos tam indigne peccare ac falli. Oculatum de Britannis in hanc sententiam perhibet testimonium *Magnificus LEY-Orat. Inaugural.* SERVS, ICtus domi forisque celeberrimus, quem PATER PATRIAE *longe indulgentissimus* domum nunc reuocauit, finui gremioque patriae *Helmstadii,* reddidit, communibusque uotis donauit. Hic de illis solenniter edificata, p. 9. seruit, potissimum eruditorum in hac gente uitium esse, quod alienigenas omnes alto supercilio despiciant et se suaque sola admirentur, neque dissimilant superbiam, sed, hanc inter tot virtutes tantaque singularia merita non iniquam esse profiteantur. Colligitur inde haud obscure, e seculi corruptelis, ualde meruendum esse legitimae palmae acquisitioni, et forsitan magis meliusque consuli uirtutis heroicæ præmiis, si a postea uenturis demum expectetur palma, uel illi faltem eius rei eligantur iudices ac distributores, qui, ob locorum arque aliarum rationum disunctionem, omni sint finitri iudicii suspitione vacui.

Quaeri, denique etiam de ipsis uictis attiner, an, si ab his, ad veteris militiae imitationem, herba data esse dicatur, Mineruae palmarum uictorum plene nactus esse uideatur. Quod primum fieri certe intelligitur, ubi alter, uel in conflitu publico, ad silentium redactus, nolit, uel, uictas dat manus, uel, si stylo quidem dimicetur, obmutescit, nec habet, quod reponat, uel, alterius conuictus ueritate, primam suam mutat

rat sententiam, quam huic propugnauit. Hoc modo THOMASIO hiuc inde herbam uel diserre, uel tacite porrexit HVBERVS, in praelectionibus suis iuris ciuilis. Nam ueritatem cedere honestum est, modo uictus uictorem temere ad pugnam haud lacestuerit, aut non satis conuictu quid afferuerit. Vbi sane uictoria alioqui uero paullo periculosa esse uidetur animique arguere leuitatem. Nec maculam illam penitus effigere aliquis existimatur, si uel maxime dictoria quadam de semet ipso opinione fretus, se ne minimi, contradicturno, responsurum esse, publice edicat. Contra uero prima uincendi ratio cum uicti magno dedecore et ignominia semper coniuncta est, in primis, si iurisprudentiae miles togatus tam indigne succumbat, eamque ob causam uix uideatur multum appetenda illa uictoria, cum et ipsi uictori quodammodo detimento sit et plerunque non adeo magni momenti, imo, sequiori saepe sexui paullo certior faciliorque, quam nobis, foret. Obtenta ergo ad hunc modum feliciter uictoria, ipso uidelicet uicto, herbam dante, nec ipsa quoque palma dubia esse poterit. Atenim uero triumphi isti forte non semper eiusdem esse generis uidebuntur, cum corum laus et magnitudo sine dubio ipsius uictoriae utilitate ac difficultate militisque uicti armatura metienda sit et aestimanda. Qua ratione obiter hic intelligetur atque illustrabitur non nullorum consilium, qui, quod contra alios moliuntur et ipsi sunt suscepturni, uel tyronum, uel adhuc minus celebrum hominum, nomine scribendum et agendum curant.

Pro instituti ratione, satis de palma Mineruae legitimis distributoribus. Ad alterum nunc conuertor rei momentum, ubi *de milite, ad rem idoneo*, agam. Non gregarium, sed selectissimum sibi postulat huius rei grauiras ac magnitudo. Nihil ergo mihi hoc loco cum Eruditorum uulgo, qui, quod potest ualuerit, discit quidem atque capit, nunquam uero, an omnia ac singula, quae tenet, calculum plene mereantur, an meliora forte ignorentur, uel incognita restent, serio cogitat nec subdubitat, sine alieno uitulo, euagari latius non audet, nullo melioris solidiorisque scientiae stimulo concitat, sed satellitum more eentes alios diligenter comitatur ac religiose sequitur, stantibus adstat. Huius generis satellites multos habent duuumiri illi, in iuris naturalis et gentium disciplina, GROTIUS atque PVFENDORFIUS. Atque in

in hunc hominum censum oppido etiam referri merentur antiqui illi simplicitatis boni fratres, quorum erat symbolum, *malte sese errare cum glossa, quam sapere sine illa.* His nec hodie desunt fratres superstites, qui uidelicet omnem iustitiae et aequitatis rationem ac ueritatem forensi dimitiri applausu assolent. Verum paullo melioris notae nostrum oportet esse militem togatum, si quidem palmam Mineruae in nostra militia sit confecuturus. Primum enim in illo solida quadam et consummata opus est omnium iurium, diuinorum pariter, ac humanorum, publicorum priuatorumque intelligentia, ita, ut eorum simul abditos recessus, bene exploratos, singularum uero rerum sedes in promptu habeat probeque sciat genuinos fontes, omnium quoque iurisprudentiae partium fines legitimate regere, confecta & expedita a dubiis scite distinguere possit, quae ab aliis iam aut egregie, aut uulgariter, gesta sint, memoria, eademque bibliopolarum meliori, complectatur. In una modo, uel altera iurisprudentiae parte leuiter, aut paullo melius, aut bene quoque uerfatum quem esse, ob artis nostrae amplitudinem eiusque singularium parrium inter se uinculum quasi sororium arctissimamque affinitatem, haud sufficere putarim. Minus ergo nostrum deceret, in una legalis doctrinae specie, singulariter sapere, maximaque cum artis suae fiducia respondere uelle, in altera uero infantiam sponte profiteri ac responsa petere e longinquio. Nec postea ab hac solida iurisprudentia in heroe togato sequi debent reliquae artes liberales, qua uidelicet illi, non tam ornamento, quam adiumento sunt necessario. Quarum in numero praeprimis sine dubio est historia ecclesiastica ac ciuils, quod multi iam luculent docuerunt, et res ipsa probat atque confirmat. Reliquarum uero, quae uocantur, superiorum facultatum scientia non quidem contempnenda est, attamen modeste tantum ostendenda, cauendumque prudenter ac sedulo, ne ostentationi inferuire, neue alienos circulos turbare, aut illarum disciplinarum dignitatem forsitan laedere videatur. Ita u. e. uix sunt ferendi, qui, rametsi Theologiam primis tantum, uti dicitur, labris gustarunt, consummatissimis tamen diuinissimi oraculi Interpretibus aenigmatistas esse crucemque figere posse, sibi persuadent, quiue rerum alienarum similitudine dissimili.

quaestiones iuris dubias sat inconcinne enodare, uel saltem illustrare, satagunt. Quemadmodum, nisi omnia me fallunt, non nemo, ut uberius probaret, in donatione, ius ad rem non acquiri, sine acceptatione, prouocauit ad oeconomiam diuinae gratiae, apponens, hanc aequa fine acceptatione non prodesse. At quis Christianorum tam impie afferet, nobis hic per Seruatorem optimum, ne ius quidem ad rem, sine nostra quoque acceptatione, quae situm esse ac partum.

Inter reliquas deinde animi dores, merito primum est bonum *iudicium*, quod sicuti ICti fere anima est, ita abest multum, ut eodem earere possit, qui palmam appetit, quippe cui ne communiter quidem sanum sobriumque sufficit, sed et multum exercitato quodam, usu que er industria comparato opus omnino est, cuius ille acumine, ueluti oculis lynceis et aquilinis, pollens, acrius, quam uulgus, supra descriptus, uideat. Et quidem, pro indeole ac natura Iurisprudentiae, quae practica est disciplina, hic utrumque iudicium, theoreticum uidelicit, quod dicunt, et practicum, arte coniunctum esse oportebit, ut licet partim leges ipsas earumque animam paullo penitus fagiusque introspicere et penitare, partim ipsorum iurum, ita rite subtiliterque cognitorum, uim ac uirtutem forensem accurate et pragmaticae eruere atque demonstrare. Qua de re et causa ad metam laudis et uictoriam nostrae militiae non aspirant uulgares illi pragmatici, qui, solidiori iuris scientia plerunque nudati, ius omne in calamo gerunt meroenario, pro causa, cui patrocinantur, tantum fortiter depugnant, idque omne tantum iustum esse, aequumque reputant ac iudicant, quod clienti uictoriam promittere eiusque causae inservire uidetur. Hi praeterea perquam raro iura systematice intelligunt, nec uniuersam aequitatis oeconomiam legitime ita noscere solent, ut ubique sibi recte possint constare, ad speciem multis excogitatis, rectum ac sincerum iudicium obruant, partiumque studio corruptunt, magnoque suo, quem praedicant rerum usu et quotidiana consuerudine, pro diuersa temporis ratione, de pari causa, nunc ita, alias aliter indicare assuefunt. At, ne forte illis, praeter meritum, haec dictio acerba uideatur, singula, quae hic dixi, *Illustrissimi L. B. de BERGER* grauissimo testimonio munire placet. *Vidisse se,* inquit summus ille Heros,

*in Orat.
sciatne; an*

Heros, dudumque inter ICtos nostri aevi facile Princeps, *id potissimum causarum patronis solenne esse, ut in forum, tanquam in scenam prodeant, mutatique, pro quaestus ratione, personis, modo hanc modo alteram super eodem iuris capito sententiam, prout causae susceptae ratio poscerit, mordicus defendant.* Quare nihil incrementi aut culturae ab illis sperare poterit jurisprudentia, atque haec sine dubio causa est, cur eiusmodi uiri, de palma quaerenda, uel obtainenda, ne cogitare quidem audeant, satis sibi relictum esse honoris existimantes, si modo obsequiose et modeste in maximorum ICtorum autoritatem sint iurati, ac haeresin in arte sua diligenter sibi caueant. De cetero tamen haec laus illis in dubium non debet uocari, quod, ingenii nervis magnopere concitatis, perquam diligenter dubitandi rationes, sat speciosas, ac uero similes, saepe excoigitent, quae aliis, ueritatem uel melius explodiendi, uel magis amplificandi, non nullam ansam omnino praebant. Hi tametsi ultra rerum argumenta, pro virili explorata, uulgo haud sapient, tamen interdum haud defunt alii, qui, acri, quod credunt, iudicio suo theorericu paullo liberius indulgentes, nullum ius tam stabile ac firmum esse, nullamque sententiam tam accurate ferri, iactant, quin de eorum iustitia in utramque possit partem disputari. De re omni, in arte nostra obueniente, Cartesiano more, sine modo dubitare amant. Sed certo certius est, Themidis nostrae sacrarium illos maxime turbare, cum, scepticisnum iurisprudentiae pestiferum omnino esse, persuasum semper habuerim. Confirmare id iterum licet grauissimi uiri, paullo ante adducti, autoritate, qui porro inquit, *Tanto magis graues cordatique uiri, nec fucato in speciemque fallaci, sed solido studiorum fundamento nixi, eorum offenduntur levitate, qui, nescio qua excellentis, cui nihil cum uulgo commune sit, ingenii fiducia, Scepticorum more, de omni re dubitant, et perinde esse, sic an aliter, pranuntietur, non sine insigni iudiciorum iactura, dicere audeat,* Apposite quidem dicit CICERO, *nervos atque artus sapientiae esse, non temere credere, neque hoc, bene sapienterque dictum, a iurisprudentia eiusque genuina cultura abhorret.* Sed tamen temere hic non uidetur credi, vere esse iustum illud, quod et sapientissimo Legislatoris diuini ac humani consilio imperioque, et ipsa salute publi-

D. de
BERG. d. l.

*Resolut.**Grau. de a.
1661, Tit. v.
J. S. §. 48.*

ea dudum comprobatum esse scitur. Desinant ergo illi homines, ipso SERENISSIMO LEGISLATORE SAXONE grauissime hortante, de iure certo, tam libere dubitare, desinant indigne faciure in uisera iurisprudentiae, discent paullo religiosius colere ac uenerari sacrosanctas leges, earumque auctores grauissimosque assertores uereri, suoque tandem parcere honori, cum intestini hostes gloriam adipiscantur nullam triumphi.

Alteram tandem fortissimi nostri militis togati manum, qua MINERVAE palmam prehendat, neruum esse aciemque *ingenti*, reor. Huius enim foecunda facultate, abdita et occulta rimari, incognita ac noua inuenire licet ac deppromere, idque potissimum efficitur, ne iudicandi uis uel otiosa sit, uel rebus vulgaribus distineatur et occuperur, sed singularia, apte inuenta atque reperta, poliat ac perficiat. Facultati huic intellectus humani, ueluti foecundissimae matri suae, et originem et incrementa debent complurimae artes, in ICto uero, palmam quaerente foecundum ingenium sinistram quasi eius manum merito appellaueris. Sed, ut noster de palma recte riteque cogitare ualeat, ingenio, et singulari naturae beneficio accepto, et industria ac studio artis conquisito atque culto, et legum grauitate temperato, polleat ac praeuealat, necesse est. Contra ea, ingenium quoddam promiscuum, aut oratorium, aut comicum, aut mathematicum, aut aliis liberalibus artibus tantum paullo strictius accommodatum, uel affuetum, ad hanc rem non satis idoneum uideretur. Nec sterile, quod omni nisu maximaque opera nihil profert singulare, nec difficile, quod partui suo, nascendi difficultate, nocet, nec praecox, uti dicunt, quod luxuriose fallit falliturque, ullo hic comprobatur modo. Hic non attinet, cuiusvis minus apti ingenii infelices frustaneosque conatus, inhiandi palmae, speciatim paulloque luculentius commemo-
rare, cum tam paucis, quae institutum fert, expediri hoc posse non uideatur, uerearque ipse, ut mihi ex uoto res sit successura. Sed de ea re nunc quaerere restat, excellens, an mediocre ingenium hic sit optimum. Nam de uulgaribus, ineptis, crassis, obtusis, plebeis etc. hic nihil refert dici. Excellens, siue liberrimae uibrationis ingenium multi postponendum censem mediocri, propterea, quod illud

lud nimis desultorium et audax, nec diuturnum esse solet. Verum, licet idem, si cum iudicij acumine coniunctum sit, praferendum omnino esse, arbitrarer, mediocre tamen eximia sua laude haud debet fraudari. Modo hoc duplicem sibi caueat abusum, illi alioquin familiarem, ne uidelicet uel minus alte uolet, uel transuersim nimis agat. Quorum ideo hoc cum igne lambente, illud cum spumantis saponis bulla, haud inscite confert IO. DANIEL MAIOR, *in genio er-
porro inquiens, doctiores, qui aliquam rerum cognitionem babent, sa-
pius bic peccare, dum, aut rem non satis expendentes, uel ardua nimis,
uel difficultia, uel ampla, uel prolixa affectant, aut tractantes studia, ut in scientiis
mus properans ad antrum, feruntur in deuia, nolunt discernere peritos ab obufo, Kil.
1677, c. 1, 2,*
imperitis.

Bonis his animi dotibus merito etiam iungendum est uerae sapientiae ac uirtutum, item, quod quidem omnium primo loco ponii oportebat, genuinae, sincerae ac non fucatae, nec tempori inservientis religionis studium. Etenim impium foret ac stolidum, o*conf. IO.* mnis solidaeque sapientiae fontem illum diuinum negligere uelle, *ALPH.* cum dudum res sit conclamata, quod et maximae fortitudinis bellitiae, et optimarum literarum laude, uera semper gloriari potuerit Ecclesia, nec dubitandum sit, quin huius singularis beneficii partem uirilem ad genuinos aeternae ueritatis cultores atque amatores proprium Numen diuinum large sit inclinaturum. Nec mihi videor *in Orat. de eruditio-* pinione falsurus, si hominem, quantus quantus et qualis ille in reliquo sit uiderique cupiat, religionis potissimum suae ratione ac sincereitate perpendendum et cognoscendum esse, censem. Daretur sane mihi hic occasio et locus haud inopportunus, pluribus commemorandi dedecus, quod non nulli, neglecto ac prorsus sepo*nis et pietatis nexus,* in Orat. de frito uero Numinis metu atque cultu, sibi singulari sua sapientia con*buc arg.* traxerint, ni praesentis instituti terminis circumscriberer angustis. De*1717 habita* cetero hic legi meretur, quod, pro ueterum ICtorum religione ac *apud SLE-* pietate, dixit CORNEL. uan ECK. ICtus Ulraiectinus. Horum er*VOGT. de* fectis ei go exemplo, nostri quoque est, ut ueram, non simulatam, affectet sapiophil. ICtor. entiam, cuius uero integrum hic emetiri aut demonstrare ambitum p. 341, seqq. non licet, id tantum breuiter attingam, quod legitimo palman app*l. 1, §. 1, D.* tendi *de Inst. et iur.*

tendi studio impedimento esse potest, adeoque diligenter fugiendum est. Sine dubio sapientiae opponitur stultitia, non minus uoluntatis, quam intellectus, uitio notanda. Dudum quoque rerum experientia iam comprobauit, morum prauitatem, uerae ac solidae sapientiae infensissimum omnino esse hostem, quem etiam nonnunquam iurisprudentia nostra, in non nullis suis cultoribus, uariorum uitorum mancipiis, horret, si uideat, uicemque suam doleat, eorum non nullos virus aliquod clandestinum in opiniones suas occulre insinuare. Hoc saepe numero fieri intelligitur, ubi illorum conatus eo potissimum tendere soleant, ut uitorum, quibus iuuenes dediti forte fuerunt, recordatione senes oblectentur et quasi patrocinium suscipient. Quorsum merito referri debet nimis subtilis et acuta B I T S C H I I philosophia de eucurbatione eiusque uariantibus speciebus. Et parum abeat, quin, ex eodem fonte, uarias monstrosas lentoentias, de incestu, adulterio, stupro, polygamia multisque aliis labibus, quae autoribus ac propugnatoribus non destituuntur, dimanasse, existimare liceat. Sed, missis reliquis prauitatum generibus, illa saltem atro carbone hic breuiter notari merentur, quae in primis herois nostri remittunt animum ac fere prosterunt. Horum numero maxime haberi oportet superbiam atque avaritiam, quarum omnium colluuiem Machiauelli-simo contineri Academico non male quis dixerit. Superbiae, credo, documento erit, si quis, turgido fastu, sese solum esse sapientem aliisque sagaciorem, putat, eamque ob causam, ceteros omnes, quoad fieri potest, deprimere et contemnere conatur. Habet eiusmodi homo animam, odio, inuidia, zelotypia atque ira perpetuo agitatam, quae postea in uarios quoque neroos facile erumpit, ut u. g. suas ipsae opiniones, censurae atque examini ab aliis modeste subiici, aeger-rime ferat, quae de eadem re alii iam diligenter dixerunt, negligat studioque ignoret, suaque censura ac lima haud dignetur, omnia denique suo Marte perfidere nitarur, nec consulere alios uel audire soleat, gloriae suae, quam ueritatis, cupidior. Ac, tametsi id, pro seculi indole, tantulum ferendum esse uideatur, si quis, hoc nomine ab aliis sibi prudenter cauendum, existimet, ne illi, quibus cum consilium forte communicavit, rei, postea bens gestae, gloriam sibi asserant, ipsum

ipsum tamen hoc aeui nostri uitium merito uituperare ac perstringere, laesa hic ueritatis atque liberalium artium innocentia serio iubet. Per placet nero hic ueterum Romanorum mos atque consuetudo paulo dissimilior, qui, uel sola consummatissima panegyri Pliniana do-

*lib. 3. epist.
18.*

*Meus ebenus
praefat. ad
Bartholin.*

*ALBERTI-
CVS GEN-
TILIS, de
lib. Iur. ciu.
p. 60*

causus

cent, id neutiquam sibi duxerunt dedecori, audire quoque libenter amicos, ubi sempiternum eleganctiae suae monumentum fieri studuerunt. Sed reuertor ad aeui nostri homines, quibus nec interdum alia eiusdem generis stultitiae defunt documenta, obtinendae palmae impedimenta, si uidelicet uel uana librorum pompa, uel nimiis honorum encomiis, uel uario gestuum ac loquela singulari mirificoque culti, ac nescio, quibus pluribus aliis rebus, uel barba denique, eruditioinem singularem apud vulgum ementiantur, aut mediocrem ex-

*de libris le-
gendis.*

tollere, aut opinionem eius augere satagant. At hos omnes deridet Minerua, nec palnam suam impertier illis, qui ipsimet fucaram, non ueram sectantur et quaerunt. Quod autem ad auaritiam attinet, illa duplice hic modo palmae obtinendae maximo potest esse obstaculo, ubi quis uel uenalem habet calamum, ac patrimonii magis studio, quam ueritatis amore, aliquid molitur, uel, ut opibus, quibus tamen abundat, parcat, solo suo ingenio, sine legitimo subsidiorum apparatu, rem aggreditur, eamque bene fortiterque, sine armis, gerere posse confidit. Detrimentum, quod arti nostrae eiusque culturae inde forte imminere potest, sane eo maius est, quo melior auri fodina multis esse solet iurisprudentia, non medium tantum digestum, quod, cum de hereditatibus, substitutionibus ac similibus acerrimarum litium fomentis, agat, *infortiarum* ideo dici putauit BALDVS, quia scilicet plurimum causarum patronis inferr, et ipse ille, uel ex sola substitutionum materia, quindecim millia du- catorum lucratus est. Meliora certe a paupere militie togato expectari licet, modo hic ceteroquin de uitae simul necessariis non angatur subsidiis. Quae enim ipsi deest res libraria, uel aliunde, uel ab ge- nio defraudato, poterit expectari facilius, quam auari a semet ipso emendatio. His talibus palmae impedimentis tandem non est secun- dus; sed omnino suppar *Macbiuellismus*, quem uoco, *Academicus*, qui omnium, quae modo bonum militem togatum corrumpere pos- sunt ac dishonestare, uitiorum colluicies merito dicendus. Conspi-

euus ille est prauo dominandi studio, quo, omnibus artibus ac technis, quae modo excoigitari possunt, adhibitis, aliquis id sedulo et callide agit animoque molitur, ut ipse fiat reliquis Academicis, non quidem melior, aut sapientior, aut praestantior, aut diligentior, sed potentior suamque nocendi ac tuendi facultatem augeat et praemuniat, eaque ratione uel suam fastus stultitiam expletat, uel, apud alios, maximi cuiusdam politici, umbrarilis scilicet, nomen et omen mereatur. Monstrum hoc in facerdotibus suis primi ordinis horret Themis nostra, indeque uicem suam haud raro dolet, si, non gregarios milites, quippe a quibus haec molimina alienissima sunt, sed, qui heroes esse deberent ac possent, prauitate illa ualde corrumpi, aliquando uideat. Quis enim dubitabit, pessimum illud dominandi studium penitus fere animum auocare a palma legitime quaerenda, eundemque rotum assiduis illis obruere ac distrahere consiliis et cogitationibus, quibus diuidendi atque imperandi alioquin hic ualde commendata illa, solertia explicetur et in facultatem erumpat.

His omnibus ac singulis, paullo diligentius considerandis, non licet immorari diutius, neque tamen instituto deesse videbor, si de matrimonio, aliorum inuidia, laborum magnitudine aut fuga, aduersa ualerudine, ac tandem de aerate, uel nondum satis matura, uel nimis prouecta, multum hic non dixerim. Coelibatu enim nostrum militem reddi fortiores, contra uero animum eius honesto ac legitimo remitti matrimonio atque effeminari, ut crederem, aliorum exempla me huendum adducere nondum potuerunt, cum, ancillatu similique re uicaria hagestolziatus incommoda saepe subleuari sole, animaduertatur. Deinde aliorum inuidiam, quam, pro seculi labe et corruptela, non potest non incurrere, qui, de palma quaerenda, modo cogitat, et animi magnitudine et bonae conscientiae solamine uincere licet. Desidia tandem inimica est et expultrix Minerua inque eius palma, rite obtainenda, maximo labore ac sudore eniti nostrum omnino oportet. Pudeat ergo illum disfluere ac fere senescere otio, qui, ad altriora appetenda, natus est et aptus. Sed quid hic de illo dicendum, quem quotidianis et perpetuis laboribus ita implicat ac detinet officii sui ratio, ut respirare uix ualeat, multoque minus de palmaribus studiis

diis atque conatibus libere ac legitime cogitare. Hic, aut palma ipsa
 querenda desistat prorsus, aut omni caueat modo, ne in re aliqua,
 singulariter perficienda, negligenter videatur uersari. Praestat nam-
 que, bonum opus, eleganter inchoatum, quam idem, leui faltem bra-
 chio absolutum, relinquere. De reliquis palmae Mineruae, in iuris-
 prudentia obtinendae, remoris plura hic differere, operaे premium non
 uidetur, singula ramen, de bono milite rogato, a me dicta, TITI^{l. 39. D.}
 ARISTONIS, celebris, sub TRAIANO, Iurisconsulti, exemplo illu-^{mand.}
 strare placet, eiusque uiua quasi icone heroem militiae nostræ aliquem
 sистere. Hunc enim his effert laudibus P LINIVS SECUNDVS, l. 6. D. de
 inquiens, nibil est illo grauius, sanctius, doctius, ut mibi non unus homo, legat. prae-^{stand,}
 sed literæ ipsæ omnesque bonaе artes in uno homine summum periculum
 adire uideantur. Quam peritus ille et priuats iuris et publici, quantum
 verum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet, nibil est, quod
 dicere uelis, quod ille docere non possit. Mibi certe, quoties aliquid ab-
 ditum quaero, ille thesaurus est. Iam quanta sermonibus eius fides, quanta
 auctoritas, quam pressa et decora cunctatio. Quid est, quod non statim
 seiat, et tamen plerunque haesitat, dubitat diuersitate rationum, quas acri
 magnaque iudicio ab origine causisque primis reperit, discernit, expendit.
 Ad hanc quam parcus in uictu, quam modicus in cultu etc. Ornat haec
 magnitudo animi, quae nibil ad ostentationem, omnia ad conscientiam re-
 fert, recteque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit etc.
 nec disputationibus longis aliorum otium suumque delectat, sed in toga nego-
 tiisque uersatur, multos aduocatione, plures consilio iuuat. Nemini ta-
 men istorum castitate, pietate, iustitia, fortitudine, etiam primo loco
 cesserit.

Ad ultimum denique causae caput nunc accingor, ubi partim i-
 plurum campum militiae nostræ Martium aperiam, partum ipsa palma-
 ria facta, quibus laurea obtineatur Mineruae, breuiter percurram.
 Latissime patet Iurisprudentiae nostræ campus, omnium omnino di-
 uinorum pariter, atque humanorum, iurium partes complectens, ho-
 minumque congruas actiones, legitime cognitas, legum subiiciens
 censuræ. Sed temeritatis pariter, ac stultiriae, notam non effugiunt,
 qui, integrum iurisprudentiae ambitum ad praesens institutum tra-

hendum, censem. Non nulla iurium nostrorum capita, uel emendatione, uel meliori cultura, uel maiori luce, egere, negari tantum non potest. Quae uero illa sint, uulgo fere ignorari solent, et singulari demum exploratione cognoscuntur, cognitu tamen propterea sunt paullo difficultiora, quoniam uulgus illa scite et accurate satis non distinguit a rebus confectis, planis, atque iam dudum euictis, aliorumque diligentia et opera plene exhaustis. Quot modis hic peccetur, ac uana spes, obtinendi palmarum, fallatur, uix dici potest. Quare, magno ausu atque conatu, multi, multa agendo, nihil saepe agunt, quod palmario sit dignum praemio. Probe enim hic distinguendum est inter merum plagium literarum, documentum aliquod diligentiac, siue laboris, et specimen, palma dignum. Plagium siue furtum literarum, siue crimen falsi, aut mendacium, appelles, cum IACOBO THOMASIO, de *plagio literario*, (quem, quod miror, de hoc argumento, se ne uidisse quidem, faterur Dn. BRUCKNERVS, *Antecessor in Progr. a. 1717, de Plagio literario in studio iuris.*) ubique dedecore maximo dignus est, nec palmarum uel somnia re modo poterit, qui illius incusatur atque conuincitur. Vitium hoc ab ICtis magni quoque ceteroquin nominis interdum non esse alienum, admodum multis docent exemplis duo illi commemorati

Quaest. iur. Cent. I, qu. 88. autores, quibus etiam addendus est EBERHARDVS SPECKHAN. Deinde diligentia atque labor, modo aliquanti sit pretii, nul lam non laudem quidem meretur, de palma vero ualde subdubito. Refero huc illos, qui aliorum scrinia bona fide compilant, eo uidelicet consilio, ut, quod passim, de una eademque re, dixerunt alii, bono ordine, in unum congerant locum, suo diligenter adiecto iudicio, ne lector tot tantisque aliorum dissensionibus turberetur uel offendatur. Hi saepenumero conatus suos sat speciosis insignientes rubris, palmae omnino alieuius esse cupiditate uidentur, nec sane aliquam in dubium illis uocari oporteret, si modo uel animum, ad conficiendum aliquod artis nostrae Lexicon uniuersale, locosque communes plenissimos, coniunctis uiribus, applicarent, uel systemata, quae reliquis forent meliora, concinnare ualerent. Contra ea, qui, sine ordine ac filo Ariadnaeo, multa laboriose conquirunt, uel indices tantum conficiunt, ueluti baiuli materialium, operae quidem suae mercedem, non uero

vero laudem boni architecti, iurec consequuntur. Non melioris uidentur esse norae aduersaria, quae in omnes sibi casus constipant multi causarum patroni, e quibus illos nonnunquam, gloriolae obtinendae causa, promere aliquid publicique iuris facere, animaduertis. Nec plus laudis adipiscuntur illi, qui sedulo ac multo labore id agunt, ut hunc uel illum bonum autorem, diuersis diuersorum notis et animaduerscionibus, obruant ac fere sepeliant. Quod certe *Lauterbachiano compendio*, opera MOLLENBECCII, *Grotiano operis, de iure belli ac pacis*, notis uariorum, et aliis simili ratione, contigisse uidetur. Paullo uero meliora usu uenerunt *Syntagma Struianum*, studio et labore PETRI MULLERI, et VITRIARIO, in *iure publico*, *Pfeffingeriana eruditione* et profunda lectione ita resperso, replete atque condito, ut mumiae cuiusdam Agyptiacae instar, mutatum esse videatur. Quanquam negari non potest, plus gratiarum sine dubio iniuisse celebrem illum auctorem, si operam suam, tam eruditam, alia ratione publico usui accommodasset atque donasset.

Verum paullo maiori artificio industriaque utendum est, in specimen quodam palmario edendo, quippe quod et selectissimum, ab aliis nondum occupatum, uel non satis politum thema, et eiusdem exactissimam, qua res exhauriatur omnis, elaborationem postulat. Quare duabus in rebus heroem sepe praestare oportet nostrum militem togatum, siquidem palma cohonestari studeat, uidelicet in materia quadam eligenda partim, partim in forma, siue apta perficiendi ratione. Materiam haud incommode locum, in quo pugnetur, quie ipse quasi expugnetur a nostro, Martium dicereliceat, et, quemadmodum, sine opportuno loco, pugna plerunque periculosa uel iniannis esse solet victoriaque dubia, ita in nostra militia diligenter sibi caueat quisque bonus miles, ne, extra locum, ad rem fortiter gerendam appositum, aliquid rerum moliatur, uel palmae praestoletur. Totus itaque noster esse debet in perbono aptoque pugnae sua loco eligendo. Huius generis aliquem in iuris nostri campo hinc inde suppetere, equidem haud negarem, sed, ab omnibus peraeque inueniri ac cerni, ualde dubitarem. Testantur hoc uariorum in hac re uarii magnique conatus, quos si ad uiuum reseces, fatendum omnino erit, illis quidem appeti palmam Mineruae, sed propterea minus feliciter obtineri,

quod illa uel iam dudum a maioribus sit praerepta, uel omni hoc molimine laureola tantum quaeri in mustaceo videatur. Praeoccupatam nobis omnino esse palmam, *In studio antiquitatum*, ad ius Romanum, passim collustrandum, recreque nonnunquam intelligendum, pertinentium, persuasum habeo, neque credo, aliquem, si modo bona fide agere atque ingenue mecum fateri uelit, facile hic diffensurum esse. Stupendum et uere Herculeum laborem huic doctrinae generi, duobus proxime superioribus secalis, nostraque partim aetate, certatim impenderunt nonnulli Gallorum, Batauorum, Italorum atque nostrarium, quorum omnium nomina, hoc merito iam pridem ita celeberrima sunt tamque artis nostrae cultoribus cognita, ut uere uerear, ne beneuolum Lectorem omnino offendam, si diligenti quadam commémoratione et commendatione hic demum, seitu necessarium ipsi aliquid dicere auderem. Tot tantisque hac in parte iam gloriatur iurisprudentia Romana heroibus, qui omnia per quam diligenter endarunt atque ad liquidum perduxerunt, ut res iam omnis confecta, nihilque, praeter discendi operam commodamque, aliena facile utendi industria, occasionem, uix uero spicilegio multum relictum esse videatur. Loquuntur thesaui *Gronouiani*, *Graeuiani*, aliaque harum rerum innumera elegantissima monumenta, sique methodum ad singula momenta, haud difficulter inuenienda, bene accommodaram, aut aliquam uitam ad altiora, desideres, in promptu est SAMVELIS PITISCI, in suo genere optimum *lexicon antiquitatum*, ex admidum pluribus, quam utroque illo thesauro continentur, autoribus, ipso in praefatione id confitente, collectum atque concinnatum. Tantus ergo cum sit huius doctrinae, tam solide iam excultae, apparatus, sedulo quisque caueat sibi et honori suo, ne, apud vulgum his rebus gloriam eximiam aucupaturus, apud eruditiores male audiat, famamque suam periculo non nulli adducat. De cetero tamen, uel diligentiae, haec omnia discendi aliisque tradendi, uel fagacioris, ad uarias Romani iuris contiouersias illustrandas, accommodationis laude sua neminem fraudandum esse, censerem. Hoc cum ita sepe habeat, hodie mirari multos licet rediuuos quasi et alteros *Cuiacios*, *Hotorianos*, *Contios*, *Gotbofredos*, *Briffonios*, *Raeuardos*, *Auguistinos*, *Pancirolos*, *Salmarios* aliasque heroes. Hi quidem heroum, quos

quos superiora tulérunt secula, laudi aemulari cupide, gloriamque stu-
diose sectari uidentur, sed, dum illorum non egrediuntur uestigia,
nec uident, quin ei iam antea uiderint, hoc inclarescendi palmamque
obtinendi studium merito uocaueris obsoletum. E contrario, in pleris-
que friger patrii iuris antiquitatum studium, nec tanto conatu hic a
permultis appeti palman, animaduertere licet, cum tamen uere ali-
qua in medio hic omnino posita sit, nec omnis a CONRINGIO,
SCHILTERO, MEIBOMIO, TENZELIO aliisque praerepta.
Haec opera, in enucleando iure domestico, si non maiore, parisaltem, at-
que in iure Romano, certe compensaretur utilitate. Velloli *Celeberrimo de Rel. aet.*
BOEMERO, huius rei peritissimo testi, credere fas est. Inquit ille, *ie- pag. 29, lit.*
doch leugne ich nicht, dass etc. Jolche Lecture nich ohne Nutzen sey, absonder-
lich wenn solche in die Antiquitates der alten teutschen Land- und Lehn-Rechte,
darbey noch uielles unausgearbeitet ist, oder in andere Fragen ausschlagen, die
mit gemeinen Iurthümern sehr beslecken sind und daher aus dem Grund gehoben
werden müssen. Idem fere, quod ad utrumque ius attinet, dicendum reor,
de arte critica deque historia iuris, ubi, quae quidem nouiter afferre gesti-
unt recentissimi autores, pleraque uel ieiuna sunt, uel exilia, uel alhunde
mutua sumpta, adeoque palma, quam tamen boni illi uiri uehementer hoc
pacto quaeritare uidentur, minime digna, nisi itidem studia ad Patriae
iura explananda conferantur. Laureolam deinde in mustaceis quaerere
illi mihi uidentur, qui ubique ius dubium atque incertum crepant, de iure
nouo eodemque meliori reperiundo, uel constitendo, alteri ueluti LY-
CVRGI, DRACONES, SOLONES, ZALEVCI, CHARONDAE, per-
suadere satagunt. Vtrique suae valde singularis sapientiae illecebris facile
possunt irretiri, ut labantur, ac uel sibi, uel iurisprudentiae ipsi, labem non
nullam contrahant. Putarim enim, de iuris incertitudine, querelas ad
arcana pertinere iurisprudentiae, nec de illa re esse multum dicendum,
nisi id publica fiat autoritate, statimque uulneris illius medelae sint in
promptu. Quare, qui hic praeopere et illotis saepe manibus agunt, au-
daciā magis, quam fortitudinem, et in ipsis quidem castris nostris, praef-
stant ac probant. Noui uero illi priuati legislatores, nisi muinerum grauitate
tegantur et commendentur, aut in ipsum legum ferendarum uocen-
tur consilium, plerunque uel atrente non audiuntur, uel ridiculum edunt

turem, uel denique rem agunt pessimi exempli, quo uidelicet alii, sua persuasione, non minus sapientes, induerti, idem sibi sumunt, et mutua quasi conspiratione magna que aemulatione, legum earumque sapientissimorum latorum, per cuniculos quasi, subruunt autoritatem pariter, ac sanctitatem. Ab eodem hoc conatu parum absunt Icti, qui doctrinalis interpretationis limites audacter excedunt, aut studiose satis non custodiunt. Hi omnes, meo quidem iudicio, non meliorem promerentur laudem, quam, qui, in sagata militia, ducibus suis prudentiores esse, sese iactant.

Sed, ut institutum paullo distinctius persequar, e singulis uniuersi iuris nostri partibus, non nulla capita, quae luce meliori egere, ac singularem aliquam diligentiam palma remuneratura esse, uidentur, uel minus, pro uirili locique angustia, summatim tamen, conqueram. In *iuris naturae* doctrina, quae superiori in primis seculo, separatim, optime excoli coepit, iamque ad fastigium fere perduerum est, hacenus maximi quoque uiri maximos ingenii atque iudicii sui neruos contenderunt, ut iuris illius tales aliquam propositionem fundamentalem inuenirent, qua omnia omnino hominis, erga semet ipsum, erga alterum, ac Deum, officia perspicue commonontrari possent. Merito et recre una hic postulatur, eademque uera, genuina, adaequata et euidentis proposilio, siue principium aliquod, ita comparatum. Sed, altero hic alteri palmam inuidente, cuiusvis fere singularis, de eadem re opinio uix aliorum paullo rigidorem ferre uidetur censuram, nec omnium enumerari possunt dissensiones, de eo tamen hic quaeri attinet, an tanta animorum contentione, palma iam occupata sit, nec ne. Affirmare hoc illos oportebit, qui aliquod iuris naturae principium uel cum aliis fouent ac sustinent, uel ipsi melius afferre in medium satisque euincere, uel omne negare, nequeunt. Negabunt uero quaestionem illi, quibus alii hic nondum plene satisfecerunt, omnesque serupulos exemerunt. Etenim in illis principiis, quae, plurimorum consensu, iam comprobata sunt optimaque habentur, duo ego uehementer adhuc, paullo uidelicet maiorem simplicitatem ac facilitatem, qualem ius illud alioquin magnopere amat, deinde uim quoque conuincendi maiorem, desiderarem. Etenim omnia fere principia huendum cognita,

gnita, nimis studiose, laboriose, artificiose atque subtiliter plerunque excoigitata sunt, ut ad ea legitime cognoscenda ac percipienda, magno iudicij acumine opus sit, resque vulgi fere caprum excedat. Nulla deinde uis interna satis conuincendi illis ineft, quae paullo fortius conscientiam stimulet, ad obediendum, minusque morigerum maximo quodam pudore interno et externo necessario suffundat. Cum ceteroquin cerrum sit, utraque hac uirtute sua ius naturae omnibus reliquis sine dubio iuribus praecellere, quia non saltem sapientiorum, sed omnium est hominum, illorum etiam, qui humanum imperium respouunt, suaeque sunt libertatis naturalis. Praestanissimum in hoc doctrinae genere sanctissimum fuisse Seruatorem nostrum, dubio caret, quippe qui iuris quoque naturalis natuam puritatem restituit, eiusque ueros ac puros aperuit fontes, regulasque dedit, generales quidem, atramen perfectas et tam sanae rationi conformes, quam uerae utilitati generis humani inferuientes, ex quibus, cum generalia, rum specialia officia optime possunt colligi. Quam ob rem persuasissimum habeo, felici successu aliquem palnam hic esse certissime consecuturum, si modo hic diuinae sapientiae uestigiiis perquam diligenter insistar. Huius itaque iuris principio solide eruto atque demonstrato, integra illa doctrina non potest non bene fibi constare. Nec de cetero ius illud diligentiores cultores, in singularibus suis articulis, singulariter elaborandis, sine laurea dimittet.

Neque in *iure diuino positivo, siue reuelato*, hinc inde defutura sunt industriae singularis praemia atque laudes, siue hoc ius a naturali scire distinguatur, siue ipsum accurate e fontibus suis hauriatur, atque in singulis suis momentis diligentius excutiatur, siue tandem in suas species adaequate satis distribuatur. In *diuino iure particulari* forsitan operae pretium esset, non nulla cognosci rectius, atque propont emendatus, sic u. c. dicere mallem ecclesiasticum, quam ceremoniale, atque illud diuidere in ecclesiasticum ueteris testamenti tantum, quod et ceremoniale audire posset, et urriusque foederis, quorū referrem benedictionem Aaroniticam, praeceptum de septimo die sanctificando, et omnes leges diuinas ecclesiasticas, ad essentiam cultus diuini et ecclesiae pertinentes, uti praedicatio uerbi diuini, preces, publicaque

Numi-

Numinis diuini celebratio ac laudatio , distinctioque personarum in audientes et docentes . Nec dubito , quin multorum *iuris ceremonialis* capitum significationes , re cum Theologis communicata , bene cognitas , ad cultum diuinum externum , quoties id falso ecclesiae efflagitare uidetur , emendandum , non sine ecclesiae utilitate , saepius possent accommodari . Quod ad *ius forense iudaicum* attinet , nisi me omnia fallunt , nemo hucusque fatalem illam periodum , ubi ius illud desuisse dicatur , speciatim commonstrauit . Dicunt quidem communiter , cum ipsa republica Iudaica extabuisse quoque legem forensem , sed , quo tempore , an , ex quo Iudeis sceptrum ablatum , an tempore ultimum captae ac deuastatae perpetuisque ruinis sepultae urbis , an synagogae destructae , id contigerit , sigillatim erui restat . Deinde nihil non singulari Heroum nostrorum laudi atque industriae relectum hic esse censetur , ut illi legislatoribus humanis , in legibus suis condendis uel emendandis , uel sanciendis poenis capitalibus , ipsum hoc ius , a sapientissimo legislatore diuino positum , diligenter comindent , eiusdemque aequitatem , honestatem , utilitatem , enixe demonstrent , usum forensem , qua Reipublicae conditio id finit , suadeant urgeantque . Non dicam porro , leges diuinæ forenses hinc inde ipsius decalogi authenticam dare interpretationem , indeque ipsius iuris Romanii primos fontes peregrinos ortos esse , quod argumentum iam eruditre pertractauit D. BODINVS .

*Disp. de
obligatione
forense iu-
ris diuini ,
§. 23. 35.*

Ad *humana* denique *iura* me conferam , uiamque , in illis , ad palmam , pro uiribus meis , praesentique instituto , breuiter scrutabor . Vbi quidem primum mihi obuium est *ius Romanum* , a Germanis aliisque Europæ gentibus sponte assumptum . Sterile illud atque inculsum nemo dixerit , cum omnium fere , quae illo utuntur , gentium ICTI in eo cum generatim , rum speciatim , singulariter prorsus et perquam diligenter excolendo , per duo iam secula , proxime superiora , toti fuerint . Palmam ergo hic difficulter ac ne uix quidem sperare licet , nisi non nullorum conatus , illius iuris dategendi naeuos , conciliandi dissensum , excipias . Sed meliori fortitudine palmam aliquam promereri adhuc student , qui , Romana nostraque Republica paullo curius inter se collata , an *ius Romanum* rebus domesticis satis bene ubique

ubique congruat, nec ne, appositis sapienterque iudicant, mores et instituta patriæ, contra peregrinum ius, in tuto collocare allaborant, ac tandem, de ipso hoc iure, ita ubique explicando, suadent serioque cogitant, ne iura Principum Imperii detrimentum inde capiant illum. Alterum nunc sequitur; *Ias Canonicum* uidelicet, quod, sacrorum tempore institutorum, cum Pontificis Romanensis iugo, non repudiavimus. Nihilo segnus negligenterque hoc a *Decretis*, quos uocant, exultum est, atque primum a *Legistis*. Largissimae eius glorie, spissa commentariorum volumina, in veritatis testimonium, hic licet uocare. Nec mirum est, in hoc alteroque iure, omnem iam duuum motum esse lapidem, cum, superioribus temporibus, omnis ICti sapientia ac dignitas non, nisi utroque hoc iure concluderetur, ac multo demum post, recentiori nimirum aetate, de aliis iuris optimis partibus, bene eleganterque excolendis, cogitari coepit. Sed, instituti memor, de palma nunc quaero, an alicuius hic detur copia. Non tamen, de summis, in utroque illo iure, obtineri consuetis honoribus ac dignitatibus, que ipsæ passim palmae appellantur, quaerere in mente uenit, quippe quibus non heroes demum, sed iuris rancum, ad necessitatis modum, peritihaud indigni censemur. Ad rem ipsam ita responderim, palmarum certe haud defuturam esse illis, qui, in emendando hoc iure, ad salutem non magis Reipublicæ, quam Ecclesiae, custodiendam, technas papales, potestati ciuili structas, derubandas, res ecclesiasticas pristinæ suæ integratari, quoad licet, restituendas, ius circa sacra Principi ita asserendum vindicandumque, ne ab alia quidem penderat humana potestate, causa tamen Dei et ipsius Ecclesiae fundamentum humano neutiquam imperio subiiciatur, ad uerae quoque Ecclesiae indolem, naturam, sanctitatem, bonitatem, tranquillitatem ciuilem, undique merito depraedicandam et collaudandam, bonitatis in primitis praesumptionem illi suisque ministris in dubium haud uocandam, ad ius denique ecclesiasticum a feccibus papalibus solicite repurgandum, fines terminosque Theologiae atque iurisprudentie circumspecte regundos, ad opem tandem illam humanam curiamque ciuilem, qua Ecclesia militans, uel eger, uel carere potest, ac debet, probe discernendam, sedulo attendant. Sed ue-

D

hemer-

*Meissner. in
descriptio-
ne templi
OO. SS. Vi-
temb. p. 39.*

hementer, in hac sanctiori iurisprudentiae parte, dolendum est, non nullos heroes, armis quasi conuersis, in propria saeure uiscera, et plus quam humani pati, dum eadem acria tela, in Romanensem clerum immitti solita, in nostros Ecclesiae ministros saepe coniucere non dubitant, ipsi uero Ecclesiae similem, ac paullo fere deteriorem conditionem, ac sortem, quam sartorum, sutorum aliorumque opificum, collegiis ac uniuersitatibus largiri solent, et quae sint innummerae aliae illorum uictoriae, faris damnosae, funestae, atque nocentissimae. In *iure* deinde *Feudali*, siue beneficiario amplificando, non tam Longobordica, quam Germanica, fortitudine nostro et pugnandum est et uictoria ipsa parienda. Ineptias a summorum Principum causis et iuribus, proturbare peregrinas, haurire aquam e fonte domestico, feuda uidelicet Germanica ad suorum reuocare iurium, legum et consuetudinum, examen ac regulam, assertiones curiae magis feudalis, quam scholae autoritate, munire, ex historia et antiquitate Germanica petere lumina, praesidia uero e cuiusvis Reipublicae publico iure speciali, illustrium curiarum decisiones, ac veteres infederationum tabulas, optimos huius iuris thesauros, si facultas datur, colligere diligenter, publicique iuris facere, uirtutis omnino est heroicae, quaeue, si, ad hunc ductum, multa selectiora, hic passim obuia, themata solide accurateque elaborarentur, palmam sine dubio mereretur.

Omnium denique iurium grauissimum est *Ius Publicum*, quo sacrum Imperium Romano-Germanicum, in Capite et Membris suis spectatum, communes contiouersias et causas finit atque componit. Quam late hoc pareat, quanta eius sit dignitas, solide discendi difficultas periculique ratio, quot quantisque sumptuosis subsidiis et quanto scientiarum cum adminiculantium, tum cardinalium, apparatu, illud nitatur, quam consummatissimum ICtum, ni scholae ac sibi tantum discendum hic esse existimetur, sibi postulet, inter omnes, qui modo disciplinam hanc primis gustarunt labris, harumque rerum non penitus sunt hospites, credo, abunde constabit. Qua de re et causa certe hic sustinere licebit, uel eum palma quadam haud indignum censeri

censeri debere, qui modo tam profundum hoc doctrinae genus diligenti cognitione solidaque intelligentia exhauserit, sibique, in patriae usum comparauerit. Nec tamen hic subsistere, sed progredi ad altiora, nostrum decet. Qui enim hic, Heroum numero ascribi, cupit, palnamque reportare, ad id quoque accingatur necesse est, ut diligenter eruendis, solide euincendis, masculie defendendis iuribus atque honoribus publicis consecret calatum, sudorem et laborem, idque nec dissimiliori quadam arris sua fiducia, ac **GVILI ELMVS**

OCKAM, ad **LVDOVICVM BAVARVM**, *Imperatorem*, di-
xisse fertur, *defende me gladio, ego Te defendam calamo.* Hoc siue *gundus, in*
sponte patriae detur amori, siue Principis iussu *fuscipiatur, si modo*
felici geratur successu, omni laude palmaque optima longe dignissi-
mum est, nostrumque in maximo lumine primoque Heroum ordine
potest collocare. In id ergo incumbat noster sedulo, ut singulares sibi e
uasto hoc campo feligat materias, artis peritis facile obuias, nec in
cognitas, quae uel ab aliis neglectae sunt, uel meliori lima ac diligentiori
commentatione indigere uidentur. Verum, si dicendum, quod res
est, complures hic opportuna inclarescendi occasione bene fatis non
utuntur, dum uel nimis fidunt umbratilibus suis meditationibus, uel
non nulla paullo audacius sibi sumunt, uel ingenio animoque plus iusto
indulgent, sensibusque magis, quam ueritati, student, uel tandem in
rebus grauissimis, magno suo nomine confisi, oscitanter saepe uersantur
et agunt, qua tandem fit ratione, ut uel laudem potius minuant, uel
ad ipsicantrum nullam, uel semet ipsos, cum salute sua, praecipites dent
periculoque adducant.

Peruenio tandem ad *Iura Germaniae nostraे priuata domes̄t̄ica*, in
quibus diligentius excolendis, e tenebris in lucem protrahendis, a
uariis temporum hominumque iniuriis vindicandis, publicaeque fa
luti ac gloriae domes̄t̄icae reddendis, aequitatis et prudentiae ciuilis
laude peregrino iuri uel preferendis, uel saltem aequandis, quo quis
optimo fatente, maximum hodie palmae momentum obtinendae si
rum est. Tendunt huic humanissimorum nostrantium Ictorum cona
tus, quos quidem magno in pretio libenter meritoque haberem, si

XXVIII DE PALMA MINERVAE

modo illi singula sua rerum momenta interdum, non ex antiquis fabulis, neque ex interpretum priuatorum opinionibus ac testimoniosis, sed e fontibus certis ac legitimis, legumque latorum, diserto uel tacito consensu agnitis et comprobatis, petere solerent, tandemque aliquando de systemate Iuris Germanici uniuersalis concinnando, desinerent cogitare. Quis enim sibi persuaderi patietur, pauca illa, quae Recessibus aliique non nullis legibus Imperii continentur, iura Germaniae uniuersalia tam ampla esse atque multa, ut iustum integrumque iuris sistema instruere satis atque ditare possint. Omne ergo hic palmae studium acquirendae, in uariorū eiusmodi iurium particularium singulares articulos, non tam systematice colligendos, quam separatim tantum bene enucleandos, redundare uidetur. Quod luculentius probant uaria huius iuris themata, quae, si ad iurium peregrinorum principia et analogiam reuoces, uulgatissima saepe numero uidentur, e iuribus uero patriis exquisite eruta, plurimum habent commendationis pariter, et utilitatis. Institutum hoc amplius persecuturus, quod ultimum est, nec *Iudiciorum Iuris*, quo actiones in iudicio recte riteque proponere et pertractare discitur, obliuiscor. Hac in jurisprudentiae parte, an palma suppetat aliqua, et in medio adhuc posita sit, ut cognoscatur, fori trituram consuli oportet. Palmae cupidus hic animi pabulum uix uiderur inuenitrus, propterea, quod, in his rebus quotidiani, grauissimae accerimaeque caulfarum concertationes iuris inculti impatiens sint, semperque fuerint, et sigillatim publice referat plurimum, ne priuato forfitan arbitrio lites gerantur forenses, sed ordo iudicarius publica autoritate bene sit constitutus. Quam ob causam factum esse arbitror, ut huius iuris abdita fere supersint nulla, quae uel prouida ipsorum legislatorum cura, uel ICtorum, in ipsis rerum argumentis uersatissimorum diligentia quotidiana et sagacitas, non explorauerit dudum atque recluserit. In primis uero SAXONIA sibi ciuiumque suorum saluti, ualde gratulatur, de iure iudicario certo, deque omni pruritu ac temerario ausu, illud priuatis opinionibus amplius turbandi, cohibito atque refrænato. Quod cum ita se habeat, palma iam uel ab ipsis legislatoribus, uel priuatis diligentissimis cultoribus, maxime oecupata

cupata uideri posset, hinc inde tantum diligentiae non nullis relictis, quae edi possent, speciminibus. Verum triumphi spem ac postulatiō nem ideo nondum abiiciat noster. Etenim, in redarguendis aliorum dubiis Domitianis, sōprie exegitandis honesteque usurpandi uariis cautionibus, et, quod maximum est, in eloquentia forensi, ad imitationem ueterum, ex instituto, pro officiorum ac materiarum dissimili ratione, excolenda, non nullius palmae certissimum pignus adesse censetur.

His omnībus duo adhuc addo rerum capita, quorum diligenter habita ratio palmam aliquam certe pollicitatur. Primum est in erroribus non nullis popularibus et detegendis et emendandis positum, alterum uero, in una altera noua iurisprudentiae specie inuenienda, ac separatim paullo melius excolenda, situm. Dari eiusmodi errores populares in arte nostra, nemo certe dubitat, qui modo iurisprudentiae fata, per singula secula, ad nostram usque aetatem, sibi ob oculos ponit, satisque perspecta habet. Eleganter de hac re in compendio exponit D. IO. GOTTLIEB LEYSERVS, sub praefatio MAGNIFICI LEYSERI nostratis, *popularem errorem, de necesse. Helmst. 1726. babilonia, §. I.* *faria sententiae ad libellum conformatio-*ne, ex instituto explodens. Sed noli me hic expectare, ut uel numero singulos illos errores percensem, uel eorum causas inuestigem, uel denique ipsos emendem. Pal- mam enim indicari modo ac digitis quasi commonistrari, non quaeri, praesens fert institutum. Quod ad alteram attiner, adauetis iurisprudentiae nostrae speciebus, non ipsa augeantur iura, sed eadem, probe modo inuicem distineta, separatim quidem paullo diligentius et curatius expenduntur et excoluntur. Quin haec instituti ratio singulis iuris nostri disciplinis optima semper afferre soleat incrementa; dubium est nullum, et in non nullis iuris partibus, antea fere negle-ctis, scorsim autem postea egregius accessionibus ornatis atque expo- litis, res nunc loquitur ipsa. Consimilem sibi felicitatem optat iuri- prudentia in reliquis suis articulis, qui, ob unius eiusdemque generis materiarum copiam iuriumque amplitudinem, singulari colligi loco ac separatim pertractari, merentur. Merito sane nobis gratularemur, si, u. g. *Institutiones Iuris metallici*, quas B. HORNIVS, harum re-

rum

rum peritissimus, e uiuo me audiente, concinnare constituerat, habemus, indeque rem paucioribus recte cognitam, accurate satis cognoscere ualeremus. Prae primis uero, recta ac prona uia hic, ad *lus* me duci *Saxonicum*, intelligo, ac de hoc quidem multa nunc a me dicenda esse, ipsius huius scriptoris causa uehementer admoneor. Verum, *de Iuris Saxonici cum separatis docendi discendique necessitate ac utilitate, tum ad artem reuocandam ratione*, iam alias paullo copiosius prolixiusque edisserui atque exposui. Quam ob rem, ne a me iam acta, denuo agantur, beneuolum Lectorem, ut, ni graue est, quae iam de eadem re dixerim, legere haud dedignetur, singulariter in modum rogo.

In hac, paucis a me hic demonstrata, arena complurimi militiae nostrae milites conspiciuntur, pugnaturi, non tamen eorum omnes unam eandemque ineunt pugnae rationem, nec consimili conatu palma moluntur. Namque eorum alii scripitan multa ac scribunt, ut scribant, certique, illos scribere atque scripsisse, uideant, alii ingenii sui memoriaeque ac facundiae ipsi diserti existunt et eloquentes oratores ac paecones, alii omni conatu id agunt, ut uulgi admirationem ac stuporem sibi concilient, alii, pictorum instar, praestantiam omnem quaerunt in coloribus uerborumque lenociniis, alii ipsi partui suo sui nominis claritatem inuident, eo quidem consilio, ut non tam nomine, quam re ipsa, cognoscantur patres uel potius diuinentur, alii honorum atque officiorum suorum uario splendore, eruditio[n]is opinionem, scriptorum uero pretium augere apud alios cupiunt, alii denique, nouo plane ordine ac meliori methodo usuri, iuri sprudentiaq[ue] maiorem perspicuitatem, sibi uero palmam, pollicentur, alii alter. Verum interest permultum, ueritate, an opinione, quaeri palmam. Seculi certe corruptela est, illum demum haberi eximium, qui magna spissaque uolumina, uel opuscula multa, multas differtationes ac disputatunculas conscripsit, de re ipsa, quae er qualis praefsta sit, nullo ceteroquin lato iudicio. Huic rei saepe congruit illud IVVENALIS, *Tene: insanabile multos scribendi cacoetbes, et aegro in corde senescit.* Sed et STRABONIS dictum hue saepe numero applicandum, *Magna ciuitas, magna solitudo.* Deinde, nec eadem, ad stultitiam, atque palmam, est uia, nec uulgo hic litandum, colorem quoque ueritas respuit, qui sine fuso non est, partus uero expositus plerunque negligitur, aut patris, dum hic, gloriae causa, obscuri-

obscuritari studet, fastam haud mediocrem dregit, uel malae causae suspicionem mouet. Nec, munerum, credo, ac dignitatum honorificam commemorationem pondus aliquod ipsis rebus gestis addituram esse, uel ipsum adiuturam argumentum, eidemque maiorem daturam bonitatem ac laudem, sed, qui nam et quales illi fuerint, qui nostra aetate his uel illis muneribus functi sint, post nos uenturis aperturam solum ac prodituram. Soli denique meliori methodo et ordini palamam deberi, subdubitarum ualde, nisi artificio hoc aut res intricatae nimis, ac fere nondum recte intellectae, aut controuersiae perplexae, extricentur melius, atque ad certitudinem perducantur maiorem. In rebus ergo satis iam claris minimeque obscuris, singularem usurpare atque extollere uelle perspicuitatem ac facilitatem, non quidem palamam, laudis tamen non nihil, prae aliis, tam plane ac perspicue non loquentibus, meretur, si in primis difficiliorum rerum meliori explanatione non supercedeatur. In mentem mihi hie uenit iudicium, quod de STRYKIO, ad aliorum inuidiam usque percelebri, B. HEBERVM, magnum itidem Academiae nostrae quondam decus, fecisse, e teste, fide dignissimo, audiui, *artis uidelicet esse nullius, praetermissis difficilioribus, in reliquis tantum perspicuum se se exhibere uelle.*

Quae caueri debeant, monuisse hic forsitan non uidebitur satis esse, quam meliorem uiam ingredi oporteat nostrum palmae studiosum, dicendum nunc restare, forte putas. Sed, hoc ab instituto alienum esse, malo, quam in rebus tam arduis, ubi quisque suo potius ducitur ingenio, aliis me praebere ducem. Argumentum quoque ipsum, praeter eius primas hic a me ducas lineas, pluribus persequi integrum non est, cum illud et grauissimum sit, atque ad aurum quasi coronarium iurisprudentiae nostrae specter, et in cereris, quae supereesse uideantur, momentis, mediocritate ac viribus meis longe maius esse, intelligam. Hoc tamen nondum uidetur penitus, eam ob causam, hic deferendum esse ac missum faciendum, sed, de una adhuc re, coronidis loco, nihil non dici, uehementer ad institutum pertinet. Quaero uidelicet, liberane alicuius uoluntate palmae nitatur studium, an iuris necessitate aliquis ad id obstringatur. Quod utrumque afferendum puto, de distinctis uidelicet subiectis, siue aliis atque aliis militibus togatis. Non minus, ac sagata militia, suos no-

stra milites habet uoluntarios, qui, sine stipendiis publicis, sine singulari munieris ratione, generali ordinis sui lege, ad incrementa eius promouenda, deuineti, fortitudinem magnopere probant, atque artis, quam profitentur, qua ornantur ipsis, amplificandae acri amore, in palmarum inflammati. Haec res, dum ne illos interpellet, quo minus alia sua officia rite queant administrare, optime se habet, quae in primis inuita non sit Minerua. Alii contra ipsius militiae suae sacramento ac cingulo arctissime obligantur, ut, quoad in uiribus positum est, palmae studio dediti sint. Hoc signatim publico Academicorum munere contineri, nemo ignorat, credunt omnes. Nam sunt Academiae bonarum artium ac literarum quasi officinac, ubi quotidie, diligenter docendo ac disputando, scientiae poliuntur, singulari industria coluntur, maximo ingeniorum liberalium nisi maximaque contentione amplificantur, sartae tectaeque seruantur, et ad summum tandem fastigium perducuntur. Huius rei probationem peti e longinquio, non opus est. Ipsi loquuntur rerum documenta, in Academia patria, ad cuius omnium ordinum conatus felicesque successus si, inde a nativitate ipsius oculos animumque uel obiter leuiterque intendam, obstupo, sane, quot quantaque illa omnibus iam ac singulis liberalibus artibus attrulerit incrementa, quot quantosque togatae militiae heroas uiderit olim hodieque uideat. Asumptis inde atque subdutis rationibus, de munera academicorum grauitate ac difficultate merito argumentor, quidue laborum operaeque Professori incumbat, probe agnosco, irem atque, ad memet ipsum quid nunc quoque pertinet, bene intelligo, ac mente mea paulo uehementius circumspicio.

Etenim *Numen aeternum ac praepotens*, cuius in manu auxilium est, solamen ac fortitudo, quodque fessa erigere ac recreare, uariam tenebrarum uim frangere ac dissipare, hominumque, in primis uero Regum ac Principum maximorumque Maezenatum corda, riuorum instar, flectere potest, sapientissime et clementer prouidit, ut POTENTISSIMVS AC SERENISSIMVS POLONIARVM REX, IDEMQVE PRINCEPS ELECTOR SAXO, SAXONICI IVRIS SVMMVVS TVTOR AC DEFENSOR antiquitus iam suis Maioribus GLORIOSISSIMVS, PATER PATRIAE LONGE INDVLGENTISSIONIMVS, *in patria bac*

Aca-

Academia, patrii Iuris Professionem Ordinariam, ante lustrum, et quod excurrit, sapientissimo confilio, in singularem iuris illius honorem publicamque utilitatem, fundatam ac stabilitam, per integrum uero trienium hucusque vacuam, mihi tandem tribuendam et conferendam, clementissime censeret assignarique iuberet. Quod longe illustrissimum Clementiae uere regiae documentum et in demississimi religiosissimum animi cultum, merito me uocat, et noui mihi muneris rationem assidue ob oculos ponit, atque, in tam nobili ac paeclarâ iurisprudentiae parte, desudandi elaborandique necessitatem afferit, diu multumque exoptata. Horum utrumque ut rite perficiendi nunc a me legitima ineatur ratio, primum, seruato Maiorum more, summississimam qualem qualem grati animi testificationem publice dabo, indeque officii mei Academici initium capiam, sumpto uidelicet orationis inauguralis argumento, a Legum latorum humanorum diuinitate, uel solo MAGNI nostri AVGVSTI augustissimo exemplo, satis atque abunde affluenda et illustranda. De hoc ergo magnifico argumenti genere, pro mediocritate mea, bona certe mente, *craftino*, si DEVS finer, die, consueto tempore, in Auditorio maiori, solenniter ac piissime dicturus, *Magnificum Academiae Pro-Rectorum, illustrissimum Comitem atque perillustres Liberos Baronies, Patres ac Proceres omnium Facultatum excellentissimos, ceteros denique optimarum literarum fautores amplissimos, Ciues et Hospites generosissimos nobilitissimosque, Patronos, Fautores, Commititones atque amicos*, pro dignitatum, munerum ordinumque ratione, suspiciendos atque colendos, ad me perbenigne humanissimeque audiendum, ea, qua par est, obseruantia animique cultu et honoris in illos studio, invito, eisdemque omnibus ac singulos obtestor et decentissime oro, ut publicum hunc actum, honorifica sua praesentia atque frequentia, maxime ornare et decorare, uel ob argumenti dignitatem, haud dedignentur. Quo beneficii ac fauoris generis cum maius in praesenti dari mihi uix queat, illud uicissim quibusuis, quac modo a me unquam profici si uel expectari poterunt, officiis remunerare, data occasione, sine temporis locisque exceptione, enixissime studebo, operaque dabo. Deinde, quod ad ipsam spartam meam attrinet, in partibus eius nunc subeundis pariter et administrandis, diuina suffultus ope, quoad fieri poterit, ita semper uersari

cupiam, quemad modum summa illius ratio, ac grauitas, patriaeque debita pietas, a me unquam postulare videbitur, multa licet hic, laboris et difficultatis plena, reperiam, quae omnia meo nunc contineri officio negare non possum. Integrum enim hoc ius, tam late patens, ad artem reuocari, idemque separatum tradi ac doceri, antiqua uero iura Saxonica ex instituto, reiectis glossarum ineptiis, apte explicari, eorum, cum iuribus ac moribus recentioribus collatorum, usum inuestigari forensem, Saxonici iuris concinnari bibliothecam, eiusdem iuris cum generalem, tum specialem sisti historiam, uarias denique easdemque multas res singulares, quae, in publico pariter ac priuato iure patrio, occupanti hinc inde non sine palma sint cessurae, paullo diligentius peruestigari et explicari, oportere atque restare omnino, inque his omnibus ac singulis, non minus utilitatis ac dignitatis, quam elegantiae causa, perclitar uires, conari uaria, publici muneris rationem ac religionem me nunc iubere et adhortari, intelligo. Quod ergo proprium Numen porro feliciter fauenteque mihi eueniire finat, *futuro die louis*, qui erit proxime futurua dies IX Februarii, et bora quidem audita pomeridiana II, in Ordinis nostri auditorio, praelectiones publicas, ad Ius Saxonicum Iudicarium, ex utraque ordinatione forensi, stricte basatum, ac legali breuitate comprehensum, a me uero, in auditorum usum, publici iuris pedetentis faciendum, exordiar. Vbi quidem pro uirili sedulo operam nauabo, ut futurum causarum patronum Saxonicum cum iuris, quo caucae in foro nostro gerenda sunt, ipsarumque rerum, ibidem caute ac prudenter expediendarum, peritia, tum necessaria forensi eloquentia, imbuam ac perficiam. Has itaque scholas meas ut *Generosissimi Nobilissimique* iurium cultores diligenter frequentare uelint, ea, qua ualeo, officiorum alacri pollicitatione, rogo, omnesque ac singulos, discendi eupidos, humanissime inuito. P. P. Vitembergae, Festo *Purificationis Mariae*, anno recuperatae salutis

CID 10CC XXX.

EX OFFICINA EICHSFELDIANA.

Wittenberg, Diss., 1730. A-K



3

f

TA = OK

nur 14. Stck. bisher verknüpft

v17n8

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Pr. g. 3. num. 5.
A 32
AB

1730 11

Q. D. B. V
DE

**PALMA MINERVAE
IN IVRIS PRUDENTIA NON DVM
OCCUPATA**
EX INSTITVTO EDISSE RENS

**AD
ORATIONEM SOLENNEM**
CRASTINO DIE
IN AUDITORIO MAIORI

BENEVOLE AVDIENDAM

OBSERVANTIA ATQVE HUMANITATE QVA POTEST
MAXIMA PVBLICE INVITAT PVBLICASQVE FVTV
RAS IVRIS SAXONICI PRAELECTIONES

INDICAT

CHRISTIANVS HANACCIUS

VITEMBERGENSIS SAXO

V. I. DOCTOR SAXONICI VERO PROFESSOR PVBLICVS
ORDINARIUS IN HAC REGIO ELECTORALI ACADEMIA
CLEMENTISSIME CONSTITUTVS

